

Petrus de Vinea

*Ep. V 7 (Tunc nomen
nostrum clarificamus....)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 7 (Tunc nomen
nostrum clarificamus....)*

1220-1266

Item eisdem, super eodem eadem.

1. Tunc nomen nostrum clarificamus in posteris, cum fulgemus pietatis operibus in modernis: cum per ea, quae in presenti agimus, discretionem nostram futuris in speculo tribuamus. 2. Hac igitur salubri intentione premoniti, pontem ceptum in flumine Aufidi, periculoso persepe uiatoribus et dampnoso, precipimus percompleri. 3. Et quia de nostro tribuimus, cum de nostrorum fidelium facultatibus erogamus, fidelitati tuae firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus per homines terrarum iurisdictionis tuae, quos interclusa cedula continet, quantitatem pecuniae imponi facias interclusam, ea qualitate ac moderatione taxandam, ut nullus exinde rationabiliter conqueratur; quam collectam ... et ..., dispensatoribus in opere, ad hoc statutis, eiusdem pontis facias assignari, in pontis ipsius complemento utiliter conuertendam.